



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

15. Lex iram operatur: vbi enim non est lex, nec præuaricatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

quoad externam eius doctrinam, per quam fit cognitio peccati, sed non remedium aut victoria peccati, sicuti hastenus intellexit, posteaque cap. 7. magis perspicuè docet: atque adeò in secundo post versu, quem propterea proximo exponemus loco, tamen non proximè sequatur, sed versus adhuc intermedius nobis tractandus erit.

15. *Lex iram operatur: ubi enim non est lex, nec prauaricatio.*

Hic apertè Paulus docet, quid per legem intellexit quum diceret, *Non enim per legem promissio Abrahae, &c.* Quis enim aliquando dixerit, quòd obedientia legis iram Dei operatur, quum omnes Scripturæ clament prauaricatores legis diuinæ iram Dei promereri? Et ne quis tam dementem sensum somniaret, addit Paulus, cur *lex iram operetur.* Rom. 7.

Vbi enim (inquit) non est lex, nec prauaricatio. Est igitur lex mandatum quidem bonum, & iustum, & sanctum, & quod erat ad vitã, id est, quod qui faceret, viueret in eo, sed per occasione factum est ad mortè: nõ quia lex ipsa nobis facta est mors, sed quia peccatũ, vt appareat peccatũ, per bonum operatũ est nobis mortè, vt fiat supra modũ peccans peccatum per mandatum: hoc est, occasione accepta per mandatum seduxit nos, & per illud occidit. Quomodo peccatum per mandatum seducit homines & occidit, nisi quia quantò seuerius iubet bonũ, & strictius prohibet ma-

lum,

lum, tantò homines peccatores nituntur magis in vetitum, libentius peccant, & peius offendunt, quàm si nescirent legem. Iubet enim tantum lex, non adiuuat. Iohannes fidei iubet quoque, sed adiuuat præterea. *des enim orando impetrat, quod lex iubendo impetrat,* ait August. de Spiritu & litera.

Cap. 9.

14. *Si enim qui ex lege heredes sunt, exinanita fides, abolita est promissio.*

Affert hîc glossam Beza non minus astilentem & impiam quàm absurdam & ineptam: *Si y demum sunt heredes qui legem implerint; siue si ad hoc, vt aliquis censetur hereditatem Abraham, requiratur legis implere inanis est fides ac promissio, id est, frustra promissioni creditur, & frustra fit promissio.* Nam tantum abest vt hanc conditionem aliquis prestare possit, contra (sicut antè primis tribus capitibus peritæ regis est demonstratum) lex nihil aliud quam peccata hominum coarguat, ipsorum quidem vitia, non legis. Hæc tota speculatio Bezana ex eo principio oritur, quòd per legem hîc à Paulogis obedientiam semper intelligi velit, quod in præcedentibus euidenter refutatum habemus. Sanè Abraham ex legis obedientia heredem fuisse, & quia *obediuit voci Domini benedictionem & hereditatem consequutus esse,* Dei ad illum verba Gen. 22. quæ supra produximus, luculenter ostendunt. Non est ergo inanis fides, aut abolita promissio.

Ex legis
obedien-
tia Abra-
ham her-
es factus

Abraha
Abraha
res fuit
inanis e
facta, G
soli fact
sti (hu
runt) p
sequere
legem
doctrin
admod
explic
hac m
modo
Den
vbi Pa
ei qui e
gi, circ
Caluin
cam, tu
proxim
lum v
tur & f
præced
Caluin
lei hæc
præced
que eg
fita, co
ad hun